

1848
1849
1850
1851
1852
1853
1854
1855
1856
1857
1858
1859
1860
1861
1862
1863
1864
1865
1866
1867
1868
1869
1870
1871
1872
1873
1874
1875
1876
1877
1878
1879
1880
1881
1882
1883
1884
1885
1886
1887
1888
1889
1890
1891
1892
1893
1894
1895
1896
1897
1898
1899
1900

XAM

3124.


ANONYMI
CHRONOGRAPHIA SYNTOMOS

E CODICE MATRITENSI No. 121
(NUNC 4701)

EDIDIT


ADOLPHUS BAUER

118827



СПБ. Университет
БИБЛИОТЕКА ИСТОРИЧЕСКАГО СЕМИНАРІЯ
Шкафъ... *Е. А.* Полка... *Т.* №... *4.*

MCMIX
LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI



3

ALBERT

CHRONOLOGICAL SYSTEM

OF THE HUMAN MIND

BY

ALBERT

ALBERT

EB

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI

PRAEFATIO.

Si more et exemplo editorum Bonnensium in Anonymo Matritensi emendando adquevissem neque uberiores quam illi viri docti adparatum criticum addidissem, facile credo accideret, ut legentium plerique Anonymi illius stupiditate defessi de eius libello nimis inique iudicarent. Quod ne fiat prohibitorus, cum certis quibusdam indiciis diligenter excussis Anonymum Nicephori quidem opere chronologico quasi fundamento innixum esse, sed tamen multis locis ex aliorum quoque, sive cognitos sive ignotos eos habeamus, commentariis hausisse cognovissem, quantumvis male de homunculo ipso sentirem, editoris officio suscepto ita rem persequendam esse utile duxi, ut in commentario ea potissimum testimonia proferrem, unde chronographi huius *fontes* agnosci possent. Quibus, quoad potui, omnibus probe accitis praeter Nicephori et aliorum, qui nostram aetatem tulerunt, vestigia testium quorundam *adhuc paene reconditorum* reliquias haud difficulter apud Anonymum Matritensem adprehendere licuit.

Atque de codice mutilo Matritensi bibliothecae olim Regiae Nr. 121, nunc Nationalis 4701, saec. X/XI conscripto, cuius fragmentum, quaterniones dico XXVII.—XXXVI., saeculo XV. exeunte a Constantino Lascari Messinae emptum est, iam recte mihi disputasse videor in editione chronorum Hippolyti, qui inde a folio LI. Matritensem Anonymum sequitur (v. Texte und Unters. z. Gesch. d. altchristl. Literatur N. S. XIV 1). Sed aliter nunc de ipso Anonymo iudicare cogor. Nam Iriartis auctoritate nimis fisus (Reg. bibl. Matr. codd. Graec. mss. p. 840) l. c. chronologiam istam Matri-

tensem nil aliud esse credidi nisi apographum hic vel illic auctum opusculi illius a Nicephoro patriarcha confecti, cui titulus est *χρονολογιακὸν σύντομον* vel „Chronologia Brevis“ (v. Krumbacher, Byz. Literaturgesch. p. 352 ed. II). In quo tota re erravi. Accuratius enim scrutatus seriem quidem patriarcharum biblicorum, iudicum, regum Iudaeorum et Persarum, Ptolemaeorum et imperatorum Romanorum¹⁾, tum pauca quaedam, quae de summis annorum profert, paucissima denique de rebus gestis exhibita et appendices in fine omnes e Nicephoro excerpisse Anonymum, cetera omnia ex aliis quibusdam auctoribus degustasse perspexi. Quae cum ita sint, quo facilius Nicephorianas reliquias a ceterorum farragine distinguere possis, Caroli de Boor exemplum secutus illas litteris *vulgaribus*, quae adhibentur in officina Teubneriana, hanc *rotundis* typis exscribendas curavi; cf. Nicephori arch. Const. opusc. histor. Lips. 1880 ed. C. de Boor, qui litteris vulgaribus distinxit textum operis genuini Nicephori a textu editionis alterius anno 848 confectae²⁾, quam litteris rotundis exprimi iussit. Anonymus Matritensis utraque editione Nicephori usus est: in priore operis parte (usque ad p. 39, 18, vel usque ad p. 44, 11) inprimis opere genuino³⁾, in posteriore parte editione anni 848. Quosdam e Nicephoro flosculos in priore chronographiae parte Anonymus etiam margini (p. 2, 10; 11, 15 21, 7) adscripsit.

1) Etiam has series non plane transcripsit, sed mutavit hic illic numeros, sicut adnotavi in commentario.

2) Recte Carolum de Boor in universum inter has duas editiones distinxisse codex Londiniensis me docuit; paucula quaedam, in quibus a viro doctissimo dissentire libuit, suis locis in commentario exposui.

3) In commentario (p. 7, 5) locos paucissimos adnotavi, quibus Anonymus ante p. 39, 18 usus est editione Nicephori anno 848 confecta.

Saepe in commentario meo lecturos in Nicephori codicem Londiniensem Musei Britannici add. 19390 delegare licuit, quem de Boor in editione sua adornanda nondum adhibere potuerat. Est codex Nicephori omnium, quos novimus, longe vetustissimus scriptus saec. IX.¹⁾; nam manu prima in serie patriarcharum Constantinopolitanorum novissimus, qui per annos sex cathedram episcopalem tenuisset, Theodotus (815—821) est memoratus, successor Nicephori: scriptus est igitur codex sedente Antonio, Theodoti successore (821—843). Quocum optime convenit, quod altera editio anno 848 confecta scribae codicis Lond. plane ignota fuit; nam desunt, ut unum adferam, apud eundem praeter seriem patriarcharum Constantinopolitanorum inde a Metrophane usque ad Theodotum omnes appendices, quas operi genuino Nicephori itidem defuisse iam cognitum est. Itaque omnia, quae sunt in codice Londiniensi, operi genuino tribuenda essent, nisi esset scriba homo Byzantius. Qui utrum satis habuerit in serie patriarcharum Constantinopolitanorum annos Nicephori, nomen et annos Theodoti et continuationem seriei imperatorum usque ad Michaellem III. addere, an etiam eis, quae antecedunt, hic vel illic, sicut solent Byzantii, minuta quaedam adpinxerit, plane nescimus. Certe apographum Londiniense nihil prorsus continet, quod ex editione anni 848 depromptum esse adfirmari liceat. Nihilominus, utrum Nicephorum plane genuinum exhibeat, vix equidem contenderim. Egit de hoc codice vetustissimo A. Burckhardt (*Byz. Zeitschr.* V 465 sq.), cui gratias ago maximas, quod varias lectiones in museo Britannico ab ipso descriptas obvia qua est liberalitate mecum com-

1) Ipse quoque Anonymus Matritensis vetustioribus quam de Boor usus est codicibus Nicephorianis, id quod ad constituendum opusculi Nicephoriani contextum haud parvi momenti esse videtur.

municavit (cf. quae de variis in hoc codice lectionibus fusius adnotabo in commentariis academiae Vindobonensis).

Auctor chronographiae Matritensis haud paucis locis (cf. p. 13, 1) ex aliis (*ἑτέροις*), qui sibi praesto essent, auctoribus operi suo nomina, numeros, res inseruit, quae cum iis, quae antea vel postea dixerat, minime consentiunt. Hos testes *ἑτέροους* laudat Anonymus vel in margine vel in ipso opusculi sui contextu, negligentissimus videlicet difficultatum imprimis chronologicarum, quas lecturis inde enasci adparet. Quin etiam locis haud paucis ne percepisse quidem videtur pugnantia se proferre et illo, quo est incultu, excerpta sua Nicephoriana addidamentis aliunde petitis ita connexuit, ut summae annorum longe longeque discrepent ab eis numeris, quas ipse in textu suo aperte praestituit. Tribus tantum locis computi isti cum textu bene concordant: patriarcharum biblicorum numeri usque ad diluvium recte efficiunt annos MMCCXLII, sicut dixit p. 2, 13; ab Abraamo ad exodum sunt anni DV (p. 11, 13) et a fine Iesu filii Nave ad Samuelem sunt anni CDL (p. 16, 12). Quarum summarum duas priores exscripsit e Nicephoro, tertiam ex auctore addidamentorum; ceterae annorum summae ad unam omnes plus minusve discrepant cum fastis et Nicephorianis et Anonymi ipsius. Quae cum ita sint, Anonymum Matritensem auctores suos sine iudicio ac ratione ad litteram transcripsisse neque usquam quidquam suo Marte mutasse recte conicias, eandemque ob causam nihil est, quod extimescas, ne durius quam in aliorum chronographorum opusculis, quid e Nicephoro, quid aliunde congesserit auctor, expedire possis. Immo vero addidamenta ista, quibus Anonymus Matritensis Nicephori commentarios tam inepte contaminavit, facili negotio seiungi possunt atque historicis potissimum eis, qui in persequendis temporum illorum annalibus studia sua collocaverint, non nullius pretii erunt censenda.

Etenim primum quidem nemo non videt tam in enumerandis regibus, qui in Aegypto Ptolemaeo I. successerunt, quam in serie imperatorum Romanorum fastis Nicephorianis satis multa inserta esse, quae cum Eusebii canone congruunt et ex auctore quodam desumpta sunt, qui canone illo usus esse videtur. Quibus ex additamentis minoris videlicet pretii ea quidem series aestimanda est, cuius contextus Graece iam apud Syncellum, auctorem Chronici Paschalis aliosque extat; multo vero maioris ponderis haud exiguum illorum numerum existimabimus, quorum contextum adhuc nondum cognitum habuimus nisi ex editione Armenia vel e versione Latina ab Hieronymo confecta¹⁾. Tum in historia imperatorum Romanorum praeter Eusebiana, de quibus dixi, schemati, ut solet, Nicephori²⁾ Anonymus permulta addidit, quorum pauca quaedam, ni fallor, e Syncello, pleraque e Syncelli fonte iam in epitomen coacto exscripta esse mihi persuasi. Denique, cum ad finem operis Syncelli pervenisset, e Theophane, qui Syncellum continuavit, inde a Diocletiano imperatore p. 55, 9 fere omnia exscripsit. Quare satis esse existimavi in fine commentarii eos locos adnotare, quibus Anonymus Matritensis e Theophanis chronographia hausit. At sane quae hucusque adtigi addidamenta, omnia posteriori chronographiae Matritensis parti debentur atque si accurate distinxeris, praeter quadraginta nova Eusebii fragmenta vix aliud inde enucleabis, nisi quo more Anonymus noster auctores quosdam satis cognitos compilaverit.

1) De fragmentis Eusebii, quae extant apud Anonymum Matritensem, disseram in commentariis academiae Vindobonensis.

2) A Constantino usque ad Gratianum (p. 56, 15—59, 12) et a Heraclio usque ad Justinum (p. 63, 15sq.) etiam in schemate chronologico Theophanem secutus est; in historia Persarum aliunde inseruit regna quattuor (p. 29, 9); cetera omnia in fastis suis e Nicephori opusculo habet numeris tantum hic vel illic mutatis.

Maiorem vero haud dubie fructum percipies, si oculos in ea quoque addidamenta conicere velis, quibus Anonymus in priore opusculi sui parte, in historia scilicet patriarcharum biblicorum, regum Iudaeorum, Persarum exemplaria sua Nicephoriana adauxerit.

Hic iam primo obtutu cognosces historiae Persarum (p. 31 sq.) partem satis magnam ex opere auctoris cuiusdam ignoti insertam esse, qui serie sacerdotum principum Iudaeorum eorumque annis nisus Iesum Christum anno mundi \overline{DD} natum esse computaverat. Alii, quos adhuc cognovimus, chronographi ad unum omnes annum natiuitatis Christi sive serie consulum usi, sive seriem Ptolemaeorum et imperatorum Romanorum secuti computaverunt. Quam rationem ipse quoque Anonymus Matritensis postea, p. 35 sq., Nicephori vestigiis innixus sequitur, scilicet ut denuo p. 45, 3 sq. demonstret Iesum Christum anno XLII. Augusti, qui sit annus mundi \overline{DD} ., natum esse. Evanida quaedam vestigia systematis illius chronologici, quod nunc apud Anonymum fere integrum habemus, adhuc extiterunt in sacerdotum catalogis Chronici Paschalis et aliorum quorundam auctorum aetatis Byzantiae, quos collegit Gelzer (Sextus Iulius Africanus II 170 sq.).

Sed gravioris momenti est, quod idem systema chronologicum in aliis additamentis iisque multis latere adparet, quae Anonymus operi suo inseruit p. 3—31. *Duo* tamen in hac priore operis parte addidamentorum genera distinguenda erunt.

Quorum generum *prius* spectat ad historiam sacram: ab Adamo ad diluuium sicut apud plerosque, qui post Africanum de his rebus scripserunt, computantur anni MMCCXLII (p. 2, 13); a diluuiio ad Abraamum anni MCXXX (p. 7, 5), id quod nusquam alibi memoriae traditum esse videtur; ab Abraamo ad exodum anni DV (p. 10, 2; 11, 13); XL anni in

deserto (p. 11, 15); Iesus Nave anni XXVII (p. 12, 9 cf. 16, 11); iudicum tempora usque ad Samuelem et Saul anni CDL (p. 16, 12); Samuelis, Saul et David anni LXXX (p. 18, 7, 10); Salomonis anni III (p. 28, 14); ab exodo igitur ad Salomonis annum quartum, quo templum Hierosolymitanum exaedificatum est, anni DC (p. 19, 6); ab anno quarto Salomonis ad captivitatem anni CDXL (p. 28, 15); a captivitate ad Aristobulum regem anni CDLXXX (p. 33, 9). Sequuntur p. 33sq. inde ab Iannaëo ad Herodis annum XXX., qui auctore Anonymo Matritensi est annus nativitatis Iesu Christi, anni CIII, qui additi summis annorum suprascriptis efficiunt annos DD. Qui calculi omnes, cum optime expleant summam annorum DD, sine dubio petiti sunt e certo quodam systemate chronologico, quod plane diversum esse adparet ab Africani, Eusebii, Nicephori aliorumque rationibus. Cuius systematis proprium hoc est, ut Tharrae computentur anni CXXX, omnino vero neglegantur anni Phinees et presbyterorum XXIII et anni anarchiae et pacis post Heli sacerdotem. Iesum Christum vero anno DD. natum esse auctor huius systematis serie sacerdotum principum nisus enucleavit¹). Iam vero, si recte se habent, quae hucusque disputavi, statuendum mihi erit Anonymum Matritensem hanc priorem additamentorum seriem prioris partis opusculi sui ex auctore quodam adhuc paene ignoto hausisse atque cum fastis Nicephorianis quantumvis repugnantibus stupidissime coartasse.

1) Qui computus Eusebii est (demonstr. ev. VIII 2, 55) variis modis contra Africanum demonstraturi Danielis quae dicuntur hebdomadam annos inde a reditu Iudaeorum ad Iesum Christum computandos et *χριστοὺς ἡγουμένους* sacerdotes principes intelligendos esse; cf. quae adnotavit post Gelzerum (Sext. Iul. Afr. II 173) Eduardus Schwartz (Acta soc. Gott. vol. XL p. 3n.), qui apud Barbarum Scaligeri eiusdem systematis adparere vestigia demonstravit.

Altero quodam additamentorum genere comprehenduntur anni, quibus initiata sint et desierint regna Assyriorum, Argivorum, Atheniensium cett., annus expugnationis Troiae, primae Olympiadis cett. Quorum additamentorum numeri neque cum numeris Nicephori neque cum systemate chronologico additamentorum ad historiam sacram spectantium congruunt, sed congruunt saepius cum systemate illius auctoris¹⁾, qui confecit chronographiam, quae dicitur *Ecloge Historion*: quod iam vidit Gelzer (l. c. p. 352sq.), cui e *Chronico Epitomo* codicis Vindobonensis (Theol. Gr. Nr. XL) quaedam nota erant. Haec igitur additamenta ex auctore exscripta sunt, qui alium quendam computum biblicum secutus esse videtur atque ille, cui debetur series prior. Sed vestigia huius systematis numerorum, qui ad historiam profanam spectant atque secundum chronographorum christianae aetatis morem artissime coniuncti sunt cum fastis biblicis, et in *Chronico Epitomo* et in *Synopsi Chronica* et apud *Barbarum* et apud *Syncellum* et in *Chronico Paschali* et in *Ecloga Historiarum* deprehendimus. Eundem igitur auctorem atque *Anonymus noster* et illi adhibuerunt omnes²⁾.

Ex iis, quae *Anonymus* in priore genere additamentorum adfert, patet auctorem, quem secutus est, praeter sacram scripturam veteris et novi testamenti, quam omnia verissime docuisse iterum iterumque adseverat, *Africano* et *Eusebio* (cum priore scilicet tum altero *chronicorum* libro) usum esse. Quae auctor additamentorum p. 5, 6, mira quadam interpretatione verborum libri *geneseos* prolata, de

1) Optime congruunt summae annorum, sed differunt aliquanto *συνχρονισμοί* biblici, sicut adnotavi in commentario.

2) *Panodorus* fuisse videtur *Gelzero* in analysi, quam dedit de *Ecloga Historiarum* (*Sext. Iul. Afr. II 298sq.*).

Tharrae, cum generaret Abraamum, aetate dictitat, nusquam nisi apud Syncellum commemorantur, ab eoque vehementer impugnantur. Alio quodam additamento auctor Eusebium reprehendit (p. 16, 14), quia neglectis Actis Apostolorum CX annorum imperii gentium aligenarum et X annorum Elom iudicis (i. e. annorum CXX) in computo suo rationem non habuerit. Apud Syncellum p. 62, 17 sq. legimus tam Panodorum quam Anianum Eusebio opprobrasse, quod in eius chronologia deessent anni CCXC (sunt anni CXXX Cainan secundi, anni CX aligenarum et anni X Elom). Deerant igitur secundum Panodorum et Anianum in computo temporum iudicum apud Eusebium iidem anni CXX, de quibus auctor additamenti ab Anonymo adlati verba fecit.

Atque satis superque constat auctorem additamentorum biblicorum quodam modo cohaerere cum Panodoro vel Aniano; nam praeter locos, quos adtuli, apud Anonymum saepius eadem vel similia tradita invenies quae apud Syncellum. Huius enim praeter sacram scripturam unicos fontes fuisse Panodorum et Anianum Gelzer in libro de Sexto Iulio Africano omnium fere consensu demonstrare studuit. Unus de Boor (Byz. Ztschr. I p. 30) rectissime animadvertit Syncellum haud dubie alios quoque auctores adhibuisse. Itaque A. M. neque ex ipso Panodoro neque ex Aniano additamenta illa biblica hausit, sed ex auctore quodam, quem cum e Panodoro vel Aniano nonnulla compilasse tum ex aliis quibusdam fontibus haud pauca admiscuisse adparet. Nam, ut unum adferam, quae Anonymus habet in additamento de Tharrae aetate, cum generaret Abraamum, Panodori et Aniani computis aperte repugnant, nec minus abhorret, quod in additamentis non computantur anni Phinees et anni anarchiae et pacis in temporibus iudicum. Inter Graecos praeter Hippolytum et Eusebium, inter Latinos praeter Sulpicium Severum nemo quisquam annos illos in computo omisit (cf. Gelzeri opus de

S. Iul. Afr.); nam ceteri omnes, quos adhuc cognovimus, quamvis variis numeris, receperunt tamen in systemata sua aut annos Phinees et presbyterorum aut annos anarchiae et pacis aut utrorumque.

Quae cum ita sint, nullus dubito, quin Chronographia Anonyma Matritensis satis digna sit, quae legatur ab omnibus eis, qui restituendis saeculi p. Chr. n. IV. et sequentium temporum opusculis chronographicis operam navare voluerint. Sed accuratius de Anonymi Matritensis fontibus alio loco agere cogito; hic meum *de tempore, quo scripserit* iudicium, quasi praefationis clausulam adicere satis habeo. Etenim, cum imperatorum series prima codicis Matritensis manu descripta in Basilii II. nomine terminetur, facile liquet Anonymum scripsisse Basilio II. (864—886) ad id tempus regnante. Idem docent auctores, quos adhibuit: usus est Theophanis chronographia, quae scripta est annis fere 810—815, et Nicephori editione altera anno 848 confecta. Qua de causa extremos quasi fines, intra quos Chronographiam Matritensem scriptam esse probabile sit, optimo iure annos 848 et 886 constituere licebit. Est igitur Anonymus noster aequalis illius auctoris anonymi, qui confecit opus illud mutilatum codicis Parisini Nr. 854, cui titulus est *ἐκλογή ἱστοριῶν* (Cramer, an. Paris. II 166 sq.), scriptum, ut videtur (Gelzer, S. Iul. Afr. II 298 sq.), ca. anno 886 p. Chr. Aequalis est auctoris chronographiae anno 854 conscriptae, quae extat in cod. Vaticano 2210 saeculi X., cui inscribitur *χρονογραφειῶν σύντομον* (Schöne, Eus. chron. I. App. p. 64). Praeterea Diekamp (Byz. Ztschr. IX 15), qui codicem illum ab Angelo Mai vulgatum, sed postea deperditum denuo investigaverat, sub titulo *χρονογραφειῶν σύντομον* plurium auctorum opera excerpta esse docuit, quorum unum est Pseudoepiphanii *χρονογραφειῶν συστάς* (Schöne l. c. p. 97). Etiam hoc opus chronologicum, quod A. de Gutschmid (apud Schöne l. c.)

Basilio II. regnante¹⁾ scriptum esse docuit, aequali cuidam Anonymi nostri tribuendum est.

De ipsa Anonymi Matritentis *vita et condicione* vix quidquam elici potest. In appendicibus, quas alteram Nicephori editionem secutus in fine operis posuit, ordinem qualem habemus apud Nicephorum commutavit ita, ut patriarchae Constantinopolitani seriem imperatricum Romanarum sequerentur et antecederent regibus et summis pontificibus Israelitarum; episcopos Romanos, qui apud Nicephorum loco quinto enumerantur, post Hierosolymitanos collocavit: unde si clericum vel monachum eum fuisse ecclesiae orientalis et Constantinopoli vitam degisse suspiceris, equidem non reclamaverim.

Restat, ut collegis amicissimis Henrico Schenkl, qui apographum codicis Matritensis mea manu descriptum ad ipsum exemplar Matritense benigne revisit, Riccardo C. Kukulka, qui in iis omnibus, quae Latine scribenda erant, libenti animo me adiuvit, debitas agam gratias.

Scribebam Graecii mense Oct. a. 1908.

1) Recentioris aetatis sunt duo opera, quorum auctores ex iisdem fontibus hauserunt, quibus etiam Anonymus Matritensis multa debet: *χρονικὸν ἐπιτομὸν* codicis Vind. Theol. Gr. XL fol. 252^r—258^r, scriptum imperatore Manuele Comneno (1143—1180) regnante, de quo primus egit Gelzer (S. Iul. Afr. II 345 sq.), nuper editum ab A. Pusch (Das *χρονικὸν ἐπ.* der Wiener Hs. Theol. Gr. Nr. XL, Diss. Ienens. 1908) et *σύνοψις χρονική* codicis Marc. CCCCVII saeculi XIII. exeuntis, conscripta a clerico, qui cum Arsenio patriarcha amicitia coniunctus erat, Theodoro II. Lascari regnante (1254—1258). De hoc chronico egerunt post Sathas, qui edidit, Patzig (Byz. Ztschr. IV 24, V 27 sq. 182) et Heisenberg (Studien z. Textg. d. Georg. Acrop. 1894 et Byz. Ztschr. V 185).

INDEX NOTARUM CRITICARUM.

Numeris textui insertis (1^r, 1^v cett.) paginas codicis Matritensis significavi.

Uncis fractis <—> ea inclusi, quae a librario per errorem ommissa esse putandum sit. In adnotatione critica uncis fractis eae litterae includuntur, quae de margine codicis resectae sunt.

Uncis quadratis [—] inclusi, quae per errorem in codicem pervenisse videantur.

Litteris *A. M.* Anonymum Matritensem intelligi volui.

M = codex Matritensis.

(*in m.*) = in margine.

(*m.*) = manu prima.

(*L.*) = manu Constantini Lascaris.

In siglis codicum manuscriptorum Chronologiae Brevis, quae dicitur, Nicephorianae a de Boorii editione Lipsiensi non discessi. Codices igitur editionis genuinae significantur sic:

B = Codex Oxon. Baroccianus 196.

E = Codex Paris. Regius 233.

L = Codex Oxon. Laudianus 39.

M = Codex Monacensis Graecus 510.

P = Codex Paris. Regius 1320.

S = Codex Paris. Supplem. 67.

N significat omnes, qui quoque loco extant codices BELMPS, inter se congruere.

Lond. = Codex Londiniensis Musei Britannici add. 19, 390.

Codices editionis anno 848 confectae sunt hi:

C = Codex Coislinianus 133.

I = Codex Ienensis.

O = Codex Oxon. Auct. F. 6, 26.

R = Codex Paris. Regius 1711.

N' significat omnes, qui quoque loco extant codices CIOR, eandem lectionem praebere.

A = Anastasii bibliothecarii historia ecclesiastica ed. Bonn. (Nicephori versio Latina.)

CONSPECTUS EDITIONUM.

In Syncello, Chronico Paschali, Cedreno cett. usus sum editionibus Bonnensium, in Theophanis chronographia editione Lipsiensi, quam confecit C. de Boor anno 1883. Barbari locos adnotavi ex *Sch.* = A. Schöne, Eusebi chronicorum libri duo, vol. I. Berolini 1875 App. p. 177 sq. et *Fr.* = C. Frick, chronica minora, vol. I. Lips. 1892 p. 184 sq. „Chronici Epitomon“ paginas et versus adtuli ex editione A. Puschii, cuius iam supra titulum dedi; „Synopsis Chronicae“ ex editione Sathasi: Bibliotheca Graec. med. aevi (*Μεσαιωνική βιβλιοθήκη*) vol. VII. Paris 1894; „Eclogae Historiarum“ et „Eclogarum Historiarum“ ex editione Cramerii (*Anecdota Parisina* vol. II p. 165 sq., p. 243 sq.).

Χρονογραφία σύντομος, ἀφ' οὗ ἡ οἰκουμένη ἐκτίσθη
καὶ ὁ πρῶτος ἄνθρωπος.

35 <α'> Ἀδὰμ πρῶτος ἀνθρώπων γενόμενος ἐτῶν σλ' ἐγέννησε
τὸν Σήθ καὶ μετὰ ταῦτα ἐπέζησεν ἔτη ψ'. ἐγένοντο
δὲ πᾶσαι αἱ ἡμέραι Ἀδὰμ ἔτη ℞λ'.

<β'>. Σήθ γενόμενος ἐτῶν σε' ἐγέννησε τὸν Ἐνῶς καὶ ἐπέ-
ζησεν ἔτη ψζ'. ἐγένοντο δὲ πᾶσαι αἱ ἡμέραι Σήθ
ἔτη ℞<ιβ'>.

0 <γ'> Ἐνῶς γενόμενος ἐτῶν ρα' ἐγέννησε τὸν Και<νὰν> καὶ
ἐπέζησεν ἔτη ψιε'. ἐγένοντο δὲ πᾶσαι αἱ ἡμέραι
Ἐνῶς ἔτη ℞ε'.

<δ'> Καινὰν γενόμενος <ἐτ>ῶν <ρο'> ἐγέννησε τὸν Μαλε-
λεήλ καὶ ἐπέζησεν ἔτη ψμ'. ἐγένον<το> δὲ πᾶσαι αἱ
ἡμέραι Καινὰν ἔτη ℞ι'.

5 <ε'> Μαλελεήλ γενόμενος ἐτῶν ρξε' ἐγέννησε τὸν Ἰάρεδ
καὶ ἐπέζησεν ἔτη ψλ'. ἐγένοντο δὲ πᾶσαι αἱ ἡμέραι
Μαλελεήλ ἔτη ωρε'.

0 ζ' Ἰάρεδ γενόμενος ἐτῶν ρξβ' ἐγέννησε τὸν Ἐνῶχ καὶ
ἐπέζησεν ἔτη ω'. ἐγένοντο δὲ πᾶσαι αἱ ἡμέραι Ἰάρεδ
ἔτη ℞ξβ'.

1 *Supra titulum duae lineae erasae. — 3 numeri α'—ε' membranula folio primo agglutinata contacti sunt. — 8 numerus erasus. — 12 numerus ρο' oblitteratus.*

4 Nic., ed. de Boor p. 81, 3 *in editione genuina, qua hoc loco usus est A. M., habet γεννᾶ τὸν Σήθ . . . ἔτη ψ' μέχρι τοῦ Μαλελεήλ· ὁμοῦ ἐζησεν ἔτη ℞λ; hac formula usus est Eusebius (chron. ed. Schöne I p. 84sq.), sed maluit A. M. formulam ἐγένοντο δὲ πᾶσαι κτλ. d promptam e sacra scriptura (gen. 5. 5sq.). — 7 lacunam codicum, quibus usus est de Boor, explent A. M. et Lond.*

- ζ' Ἐνώχ γενόμενος ἐτῶν ρξε' ἐγέννησε τὸν Μαθουσάλα (1^v) καὶ ἐπέζησεν ἄλλα ἔτη σ'. ἐγένοντο δὲ πᾶσαι αἱ ἡμέραι Ἐνώχ ἔτη τξε' καὶ μετέθηκεν αὐτὸν ὁ θεός.
- η' Μαθουσάλα γενόμενος ἐτῶν ρξζ' ἐγέννησε τὸν Λάμεχ καὶ ἐπέζησεν ἔτη ωβ'. ἐγένοντο δὲ πᾶσαι αἱ ἡμέραι Μαθουσάλα ἔτη Δξθ'.
- θ' Λάμεχ γενόμενος ἐτῶν ρπη' ἐγέννησε τὸν Νῶε καὶ ἐπέζησεν ἔτη φζε'. ἐγένοντο δὲ πᾶσαι αἱ ἡμέραι Λάμεχ ἔτη ψνγ'.
- ι' Νῶε γενόμενος ἐτῶν φ' ἐγέννησε τὸν Σήμ· οὗ ἐν ἔτει 10 ρ', τοῦ δὲ Νῶε χ', ὁ κατακλυσμός ἐγένετο. ὁμοῦ τὰ <πάντα> ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως τοῦ κατακλυσμοῦ ἔτη κατὰ τοὺς ἑβδομήκοντα βσμβ'.
- ια' Σήμ υἱὸς Νῶε ἐν ἔτει α' μετὰ τὸν κατακλυσμόν ἑκατονταετῆς ὧν ἐγέννησε τὸν Ἀρφαξὰδ καὶ ἐπ- 11

1 *in margine inferiore linea fere dimidia manu recentiore scripta atque erasa est. notae τε(τράδιον) κζ', quae manu prima posita iam vix legi potest, Const. Lascaris adscripsit α', ut novam mutilato codici quaternionum numerationem pararet. — 10 sub ι' in margine: ἐν ἄλλῳ οὕτως· Νῶε <ἐγέ>νησε <τρεῖς> υἱοῦς <τὸν> Σήμ, τὸν Χὰμ <καὶ> τὸν Ἰάφεθ (m). sic habent codd. Nic. p. 83, 4, quibus usus est de Boor; supplevit igitur hunc locum vel A. M. ipse vel librarius quidam e Nic. editione genuina.*

2 *lacunam, quae est in codd. adhibitis a de Boor, cod. Lond. sic explet: ἔτη σ' καὶ μετετέθη ἐν ἔτει λγ' τοῦ Λάμεχ ἔτη ὁμοῦ Ζήσας τζ' (corr. τξε'). — 4 lacunam, quae est in codd., quibus usus est de Boor, sic explet Lond.: Μαθουσάλα γενόμενος ἐτῶν ρξζ' γεννᾷ τὸν Λάμεχ καὶ ἐπέζησεν ἔτη ψντβ' (corr. ψπβ') ὁμοῦ Ζήσας ἔτη ἐννακόσια ξθ' τελευτήσας κατ' αὐτὸν τὸν κατακλυσμόν; reiecto igitur numero Nicephoriano ψπβ' A. M. posuit ωβ' e gen. 5, 27. — 7 inde ab hoc versu usque ad Moysen apud Nic. omnino formulae ὁμοῦ ἔζησεν κτλ. desunt; ἐγένοντο δὲ πᾶσαι αἱ ἡμέραι κτλ. inseruit A. M., sicut iam antea fecerat, scripturam sacram secutus. — 10 brevius reddidit, quae habet Nic. p. 83, 6sq. — 13 summa 2242 recte se habet, nam respondet numeris, qui sunt et apud A. M. et in versione Graeca veteris testamenti. — 14 Nic. p. 83, 19 μετὰ δὲ τὸν κατακλυσμόν ἔτους β'. — 15 lacuna, quam supposuit de Boor, frustra quaeritur in codd. Matr. et Lond.*

ἔζησεν ἔτη φ'· ἐγένοντο δὲ πᾶσαι αἱ ἡμέραι αὐτοῦ
ἔτη χ'.

ιβ' Ἀρφαζὰδ γενόμενος ἐτῶν ρλε' ἐγέννησε τὸν Καινὰν
καὶ μετὰ ταῦτα ἔζησεν ἔτη υλ'· ἐγένοντο δὲ πᾶσαι
αἱ ἡμέραι Ἀρφαζὰδ ἔτη φξε'.

ιγ' Καινὰν γενόμενος ἐτῶν ρλ' ἐγέννησε τὸν Σάλα καὶ
ἐπέζησεν ἔτη τλ'· ἐγένοντο δὲ πᾶσαι αἱ ἡμέραι Και-
νὰν ἔτη υξ'.

ἰστέον ὅτι τὸν Καινὰν παραλελοίπασιν Ἀφρικανός

6 *in m.* περὶ τοῦ Κα<ινὰ>ν, ὅτι ἐν τ<ικί τῶν> ἀντιγρά<φων>
οὐχ εὔρηται (m).

3 Nic. p. 83, 25 ἐτῶν ρλ'; ρλε', *quod habet Nic. editionis
alterius cod. R., est numerus sacrae scripturae* (gen. 11, 12). —
4 Nic. p. 83, 26 Καινὰν, ὡς τινες εἶπον· παρὰ γὰρ τοῖς ο' οὐκ
ἐμφέρεται; *cf. ecl. hist. p. 171, 15* τοῦτον ἢ Ἑβραίων παρατήρησις
οὐκ ἐγενεαλόγησεν, ἀλλ' ὅτι Ἀρφαζὰδ τὸν Σάλα. — 9 *chron.*
ep. p. 10, 16 οὗτος δὲ ὁ Κ. ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ οὐδ' ὅλως εὐρίσκεται
ἐμφερόμενος, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ Ἀρφαζὰδ τὸν Σάλα γεννηθῆναι οἱ ο'
ἠρμήνευσαν καὶ καθεξῆς τοὺς λοιπούς. ἔοικε δὲ ἀρχῆθεν ἀμαρ-
τήσθαι τὰ ἀντίγραφα καὶ διὰ τοῦτο ἔνιοι τῶν χρονογράφων οὔτε
αὐτὸν οὔτε τοὺς χρόνους αὐτοῦ ἀριθμοῦσιν. ὁ μέντοι ἀπόστολος
καὶ εὐαγγελιστῆς Λουκᾶς σαφῶς καὶ τοῦ Καινὰν τούτου ὡς υἱοῦ
μὲν Ἀρφαζὰδ, πατρὸς δὲ τοῦ Σάλα μνημονεύει ἐν τῇ παρ' αὐτοῦ
ἐκτεθείσῃ ἀναποδιστικῇ γενεαλογίᾳ τῇ κατὰ τὸ εὐαγγέλιον, ᾧ-
τινι καὶ ἡμεῖς ἐπόμενοι ὡς ἀξιολογώτερον καὶ τὸν Καινὰν τοῦτον
καὶ τοὺς χρόνους αὐτοῦ δεχόμεθα; *eadem brevius sed iisdem
fere verbis habet synopsis chron. p. 5, 27 sq.* — *de Cainan II., quem
primus in patriarcharum serie rettulit Hippolytus, saepius disputa-
vit fontes Alexandrinos secutus Sync. p. 100, 149, 160, 173,
216 al.; attamen non ex Sync. hausit A. M., sed ex fonte quo-
dam cum Sync. et aliis chronographis sibi communi. saepius
infra patebit A. M. cum iis auctoribus, quos adhibuerunt aucto-
res Chron. epit., Syn. chron., Eclogae historiarum necnon Bar-
bari Scaligeriani maxime cohaerere. de iisdem rebus etiam in
Eusebi canone similia quaedam, sed neutiquam sic congruentia
inveniuntur, ut e canone vel ab A. M. vel ab auctore, quem se-
quitur, excerpta esse possint; hos locos Eusebii usque quaque
adferre superfluum existimavi, neque commentario meo adscripsi
nisi eis locis, ubi A. M. ab auctore, qui canone usus est, addida-
menta sua petivisse adparet.*

- (2^r) τε καὶ Ἐυρέβιος ἐν τοῖς χρόνοις· οὐ γὰρ εὐρή-
 κασιν αὐτὸν ἐν πολλοῖς τῶν ἀντιγράφων. ὁ δὲ
 ἅγιος Λουκάς γενεαλογῶν τὸν σωτῆρα μέμνηται
 αὐτοῦ· φασὶ δέ τινες, ὅτι ἐν τινι παλαιῷ ἀντι-
 γράφῳ εὐρήθη· „Καινὰν ἐτῶν ρλ' γεννᾷ τὸν Σάλα“.
- ιδ' Σάλα γενόμενος ἐτῶν ρλγ' ἐγέννησε τὸν Ἐβερο καὶ
 ἐπέζησεν ἔτη τλ'. ἐγένοντο δὲ πᾶσαι αἱ ἡμέραι
 Σάλα ἔτη υξγ'.
- ιε' Ἐβερο γενόμενος ἐτῶν ρλδ' ἐγέννησε τὸν Φαλέκ καὶ
 ἐπέζησεν ἔτη το'. ἐγένοντο δὲ πᾶσαι αἱ ἡμέραι
 Ἐβερο ἔτη φδ'.
- ις' Φαλέκ γενόμενος ἐτῶν ρλ' ἐγέννησε τὸν Ῥαγαῦ καὶ
 ἐπέζησεν ἔτη ςθ'. ἐγένοντο δὲ πᾶσαι αἱ ἡμέραι
 Φαλέκ ἔτη τλθ'.
- ἐν οὖν ταῖς ἡμέραις Φαλέκ διεμερίσθη ἡ γῆ· διὸ καὶ
 σημαίνει τὸ Φαλέκ ὄνομα τῆ Ἑβραίων φωνῆ μερισμόν.
 ἐπὶ τούτου ἡ πυργοποιΐα συνέστη καὶ ἀπὸ μιᾶς τῆς
 πάλαι διαλέκτου πολυφωνία γέγονε καὶ ἡ καθ' ἕκαστον
 ἔθνος γλωσσῶν διαφορὰ, ὡς φησιν ἡ θεία γραφή.
 μετὰ δὲ Φαλέκ.
- ιζ' Ῥαγαῦ γενόμενος ἐτῶν (2^v) ρλβ' ἐγέννησε τὸν Σε-
 ροῦχ· μετὰ δὲ ταῦτα ἔζησεν ἔτη ςζ'. ἐγένοντο δὲ
 πᾶσαι αἱ ἡμέραι Ῥαγαῦ ἔτη τλθ'.
- ιη' Σεροῦχ γενόμενος ἐτῶν ρλ' ἐγέννησε τὸν Ναχώρ καὶ
 ἐπέζησεν ἔτη σ'. ἐγένοντο δὲ πᾶσαι αἱ ἡμέραι

16 *in m.* διαμ<ερισ>μός (m). — 24 *in m.* Ἡφαίστου (m).

3 Luc. 3, 36. — 4sq. *nusquam alibi extant.* — 9 *codices*
 Nic. ρλγ' *praeter cod. I, qui habet sicut A. M. ρλδ' correctum*
e gen. 11, 16. — 12 Nic. ρλγ' *praeter cod. E, qui habet cum*
A. M. ρλ' e gen. 11, 18. — 16 *omisit A. M., quae habet Nic.*
p. 84, 7. — 18 ἡ καθ' ἕκαστον *etiam cod. Lond.* — 19 gen. 11,
 2sq. — 21 Nic. ρλε', gen. 11, 21 ρλβ'. — 24 Nic. ρλζ', gen.
 11, 22 ρλ'.

Σερούχ ἔτη τλ'. ἐν τούτοις τοῖς χρόνοις Ἡφαιστος παρ' Αἴγυπτίοις ἐδυνάστευεν.

ιθ' Ναχώρ γενόμενος ἐτῶν οθ' ἐγέννησε τὸν Θάρρα καὶ ἐπέζησεν ἔτη ρκθ'. ἐγένοντο <δὲ> πᾶσαι αἱ ἡμέραι Ναχώρ ἔτη ση'.

κ' Θάρρα γενόμενος ἐτῶν ρλ' ἐγέννησε τὸν Ἀβραάμ, εἴ γε τὴν ἀκρίβειαν ζητοῦμεν. οὗτος γὰρ σέ' ἐτῶν τελευτήσας εἶασε τὸν Ἀβραάμ ἄγοντα οε' ἔτος τῆς ἡλικίας, ὡς καὶ ἡ γραφὴ μαρτυρεῖ καὶ ὁ θεῖος Στέφανος ὁ πρωτόμαρτυς λέγων· „μετὰ δὲ τὸ ἀπο-

6 *in m.* <ἐν> τούτοις <τοῖς> χρόνοις <Ζε>ὺς ὁ τοῦ <Κρό>νου υἱὸς <καὶ Ἡ>ρα ἔτεκον <Ὀσίριν> καὶ Ἴσιν. <Κρόν>ος δὲ καὶ <Ρέα> ἐν τοῖς <χρό>νοις Ναχώρ <παρ'> Αἴγυπτίοις <ἦρ>ξ<αν> (*m*); *eadem ad verbum habent chron. epit. 11, 11 et synopsis. chr. p. 6, 18; hausit igitur A. M. in m. e fonte cum illis sibi communi.*

1 *chron. ep. 11, 8 ἐπὶ τούτου Ἡφαιστος παρ' Αἴγυπτίοις ἐδυνάστευεν; verbotenus eadem syn. chr. p. 6, 15. — 3 gen. 11, 25 ροθ'. — 6 v. infra p. 7, 1; gen. 11, 26 καὶ ἔζησε Θάρρα ο' ἔτη καὶ ἐγέννησε τὸν Ἀβραάμ καὶ τὸν Ναχώρ καὶ τὸν Ἀρράν; 12, 5 Ἀβραάμ δὲ ἦν ἐτῶν ἑβδομήκοντα πέντε, ὅτε ἐξῆλθεν ἐκ Χαρράν. — 10 act. 7, 4. de his, quae ex alio fonte 5, 6sq. inseruit fastis Niceph., vide Sync. p. 174sq. fusius disputantem (cf. Gelzer, Sext. Jul. Afr. II 187). cum apud Sync. p. 176, 4 inveniuntur haec verba: προκτιθέασι δὲ καὶ τὴν λύειν τῆς ἀπορίας μηδὲν ἔχουσαν ἀληθὲς καὶ πιθανόν, ὅτι συντομίας χάριν καὶ οὐκ ἀκριβείας εἴρηται τῇ γραφῇ τῷ ο' ἔτει τοῦ Θάρρα γεγεννησθαι τὸν Ἀβραάμ καὶ τὸν Ναχώρ καὶ τὸν Ἀρράν, ὡς τότε ἀρξαμένου γεννᾶν τοῦ Θάρρα, ἐπεὶ μηδὲ τριδύμους αὐτοὺς ἴσμεν, adparet A. M. hic eodem auctore usum esse, quem impugnat Syncellus loco citato. qui ut et actis ap. 7, 4 satis faceret, quae post Tharr e mortem Abraamum e Charran profectum esse aiunt, et libro gen., qui Abraamum annos LXXV natum profectum esse dicit, Tharrae, cum generaret Abraamum, CXXX annos tribuit. Tharra secundum gen. 11, 32 annos vixit CCV; anno quo Abraam profectus est, agebat annum LXXV. et Tharra poterat esse mortuus, quando ille proficiscebatur. attamen gen. 11, 26 numerum LXX, quia sacra scriptura errare non posset, non reiecit, sed, sicut supra legimus, probare conatur. Chron. epit. p. 11, 11 et Synopsis. chron. p. 6, 17 nihil habent nisi Θάρρα γενόμενος ἐτῶν ο κτλ.*

θανεῖν τὸν πατέρα αὐτοῦ εἶπεν ὁ θεὸς πρὸς Ἀβρα-
 ἄμ“. ὥστε οὐ δεῖ πείθεσθαι τοῖς λέγουσι κατὰ τὸ
 ο' ἔτος τοῦ Θάρρα γεννηθῆναι τὸν Ἀβραάμ· οὐ
 γὰρ νοοῦσι τῆς γραφῆς τὸ ῥητὸν, ὅτι συντομίας
 χάριν συλλήβδην εἶπεν, ὅτι Θάρρα ἐτῶν ο' ἐγέν- 5
 νησε τὸν Ἀβραάμ καὶ Ναχώρ καὶ (3^τ) Ἀρράν, οὐχ ὡς
 τριδύμων αὐτῶν ὄντων, ἀλλ' ὡς κατὰ τὸ ο' ἔτος
 γεννᾶν ἀρξαμένου τοῦ Θάρρα. εἰ δὲ δεζόμεθα τὸν
 Ἀβραάμ τεχθῆναι ἐν τῷ ο' ἔτει Θάρρα, ἔσται καὶ
 ἐν τῇ τελευτῇ αὐτοῦ, τῷ σέ' ἔτει, κατάγων τῆς 10
 ἡλικίας ρλέ' ἔτος, ὅπερ ἀδύνατον. ἡ γὰρ γραφή οέ'
 αὐτὸν ἐτῶν λέγει ἐν τῇ ἐπαγγελίᾳ τῇ θείᾳ, ὅτε καὶ
 ἐξῆλθεν ἐκ Μεσοποταμίας τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἤδη
 θανόντος, ὡς εἶρηκεν ὁ πρωτόμαρτυς· ἢ ἐὰν ο' λογι-
 κύμεθα τῷ Θάρρα, ἀναγκασθόμεθα τὰ ἐπίλοιπα 15
 ζ' προσθεῖναι τοῖς τῶν κριτῶν χρόνοις ἢ ἐτέρωθι,
 ὡς καὶ οἱ πρὸ ἡμῶν πεποιήκασιν. τοῦτο δὲ κατα-
 γέλαστον· πέρα γὰρ τῶν τῆς γραφῆς ἀριθμῶν ἐκβη-
 κόμεθα καὶ ψευδῆ πλασσόμεθα.

7 recte se habent secundum numeros sacrae scripturae. —
 14 spectant haec ad systema chronologicum auctoris additamen-
 torum, qui nec computavit annos Phinees nec anarchiae et pacis,
 v. infra p. 34, 35. S. I. Africanus summam temporum (Phinees
 et) presbyterorum et anarchiae et pacis centum annis taxaverat,
 apud Hippolytum plane desiderantur, nec reputantur ab Eusebio,
 qui etiam annos aliigenarum gentium temporibus singulorum
 iudicum adnumeravit. apud omnes vero auctores aetatis poste-
 rioris uno excepto Sulpicio Severo temporibus iudicum accensen-
 tur aut anni Phinees et presbyterorum aut anni anarchiae et
 pacis, apud plerosque anni utrorumque; quamquam numeri valde
 differunt, numquam tamen annos C efficiunt, ut apud Afri-
 canum, sed plerumque inter L—LXV annos versantur, Chronico
 epitomo excepto ubi sunt Phinees anni XXX et anarchiae anni
 XXX = LX, quos A. M. temporibus iudicum adiectos esse adfirmat.
 itaque cum non sit verisimile auctorem additamentorum Hipp. usum
 esse, quamquam apud Alexandrinos cognita erat eius chronographia,
 in his Eusebium secutum esse conicere licebit, a quo cum in aliis tum
 in eo sane differt, quod aliigenarum tempora seorsum computavit.

Θάρρα γενόμενος ἐτῶν ο' ἐγέννησε τὸν Ἀβραὰμ καὶ ἐπέζησεν ἔτη σε'. ἐγένοντο δὲ πᾶσαι αἱ ἡμέραι Θάρρα ἔτη σοε'.

συνάγονται οὖν ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ ἕως πρώτου ἔτους Ἀβραὰμ ἔτη ,αρλ'. κατὰ δὲ τοὺς ο' ἀπὸ τοῦ κατα(3^v)κλυσμοῦ ἕως Ἀβραὰμ ἔτη ,απβ'. ὁμοῦ ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως Ἀβραὰμ ἔτη ,γτκδ'.

Ἀβραὰμ οε' ἔτος ἄγων τοῦ θείου χρησμοῦ ἀξιούται καὶ τῆς πρὸς αὐτὸν γενομένης ἐπαγγελίας· ἀφ' ἧς ἐπὶ τὴν διὰ Μωϋσέως ἐξ Αἰγύπτου πορείαν γίνονται ἔτη υλ', ὡς καὶ ὁ ἀπόστολος μαρτυρεῖ λέγων· „διαθήκην ὑπὸ θεοῦ ὁ μετὰ υ' καὶ λ' ἔτη γεγονὼς νόμος οὐκ ἀκυροῖ εἰς τὸ καταργῆσαι τὴν ἐπαγγελίαν“. καὶ αὐτὸς ἐν ἐξόδῳ συνάδει Μωϋσῆς, ἐν οἷς φησιν· „ἡ δὲ κατοικήσεις τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, ἣν κατώκησαν ἐν Αἰγύπτῳ

1 *in m.* ἐτέρου (m). — 5 κατὰ δὲ τοῖς *cod.*

1 *redit A. M. plane neglectis, quae p. 5, 6 sq. alium quendam auctorem secutus dixerat, ad textum Nic. p. 84, 15; in cod. Lond. extat ἔτη ρο'.* — 4 *haec inserta sunt e fonte quodam, unde infra multos summarum numeros hausit. singuli, quos A. M. attulit anni patriarcharum, si sicut p. 5, 6 scriptum est, Tharrae 130 annos tribuimus, efficiunt annos 1133. Nic. p. 84, 14 in editione priore habet: ὁμοῦ ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως τέλους Ἀβραὰμ (cf. Paris. 1712 (Cedreni fontem), Byz. Ztschr. V 489 n 2) ἔτη ,γτι<δ'>, ἀπὸ δὲ τοῦ κατακλυσμοῦ ἔτη ,αοβ'; in Lond. sunt anni ,γτλ'. cf. chron. ep. p. 11, 13 . . . ἕως τῆς γεννήσεως Ἀβ. ἔτη ,απ', ἀπὸ δὲ κτίσεως κόσμου ἔτη ,γτ'; synopsis. chr. p. 6, 20 ἔτη ,απη' et ἔτη ,ζλ' (numerus corruptus); in ecl. hist. p. 172, 28 habemus ἔτη ,απ' et ἔτη ,γτκβ'. — 5 sumpsit haec auctor e Niceph. editione altera (de Boor adnot. crit. ad p. 84, 16), qua saepius usus est, sicut demonstrabitur infra; 1082 est summa annorum, quos singulos enumerat Nicephorus, attamen ipse p. 84, 17 cum interpretatione Graeca scripsit a. 1072. igitur anni 1082 non sunt computati κατὰ τοὺς ο'. — 7 $3324 = 2242 + 1082$. — 9 καὶ — ἐπαγγελίας *desunt in Lond.* — 11 Paul. ad Gal. 3, 17. — 12 Nic. p. 85, 1 *διαθ. προκεκυρωμένην; pr. deest et apud A. M. et in Lond.* — 14 exod. 12, 40.*

καὶ ἐν γῆ Χαναάν, αὐτοὶ καὶ οἱ πατέρες αὐτῶν ἔτη
υλ'."

καὶ κατὰ μέρος δὲ οὕτως ἔχει·

- κα' Ἀβραὰμ γενόμενος ἐτῶν ρ' ἐγέννησε τὸν Ἰσαὰκ καὶ
ἐπέζησεν ἔτη οε'. ἐγένοντο δὲ πᾶσαι αἱ ἡμέραι 51
Ἀβραὰμ ἔτη ροε'. ἀπὸ δὲ ζθ' ἔτους Ἀβραὰμ βασι-
λεύει πρῶτος Ἀσσυρίων Βῆλος καὶ διαμένει ἢ Ἀσ-
συρίων βασιλεία ἕως τοῦ Ὀζίου τοῦ τῶν Ἰουδαίων
βασιλέως ἔτη ,ατ'.
- κβ' Ἰσαὰκ γε(4^r)νόμενος ἐτῶν ξ' ἐγέννησε τὸν Ἰακώβ καὶ 100
ἐπέζησεν ἔτη ρκ'. ἐγένοντο δὲ πᾶσαι αἱ ἡμέραι
Ἰσαὰκ ἔτη ρπ'. ἀπὸ τοῦ πρώτου ἔτους Ἰσαὰκ βασι-

4 *in m.* Ἀσσυρίων πρῶτος βασιλεὺς Βῆλος (m). — 12 *in m.*
Αἴγιαλεὺς (m), ση(μείωσαι) (L).

3 *verba* καὶ — ἔχει *editioni Nicephoriana* alteri tribuit de
Boor; *sed et apud A. M. inveniuntur et in codice Lond.*
— 8 *v. infra p. 22, 15, ubi accuratius Osiae annus primus*
finis regni Assyriorum dicitur. ab anno 69. Abraae usque ad
annum primum Oziae secundum A. M. non sunt 1200, sed anni
1297. quae cum ita sint, et haec et alia, quae infra de dynastiis
fastis suis repugnantia protulit A. M., omnia ex alio quodam
systemate chronologico deprompta esse adparet. ceterum plane
eadem leguntur in chron. epit. p. 11, 22 ἐν δὲ τῷ ζθ' ἔτει τῆς
ζωῆς Ἀβραὰμ, πρὸ τῆς εἰς Αἴγυπτον δηλονότι αὐτοῦ ἀφίξεως,
ἀπὸ δὲ κτίσεως κόσμου ἔτει ,γτγ', πρῶτος Ἀσσυρίων βασιλεύει
Βῆλος καὶ διαμένει ἢ τούτου βασιλεία ἔτη ,ατ' ἕως δηλονότι
Ὀζίου τοῦ τῶν Ἰουδαίων βασιλέως; eadem verbotenus habet syn.
chr. p. 7, 3; cf. Barb. Schöne p. 192, Frick 222: temporibus vere
Abrahae quando genuit Isaac Syrorum primus regnavit Bilus
annos LXII; in ecl. hist. extant p. 173, 1 (cf. p. 230, 27) κατὰ
τούτον (Ἀβραὰμ) ἀναφαίνεται ἢ τῶν Ἀσσυρίων βασιλεία, ἣν καὶ
εὔρομεν ἄρχουσαν κατὰ τὸ ζθ' ἔτος. βασιλεύει οὖν πρῶτος τῶν
Ἀσσυρίων Βῆλος, ἔτους καθ' ἡμᾶς ,γτγ', συνάγεται σύμπας
ὁ χρόνος . . . ἔτη ,ατ' . . . ληξάντων δὲ κατὰ τὸ ζ' (corr. ex p. 230,
28, cod. habet ο') ἔτος Ὀζίου τοῦ τῶν Ἰουδαίων βασιλέως; *numeri*
respondent uni systemati chronologico auctoris Eclogae, quod de-
monstravit Gelzer (S. I. Afr. II 353). — 12 chron. epit. p. 12, 2
τῷ δὲ ρα' ἔτει πάλιν τοῦ αὐτοῦ Ἀβραὰμ, πρώτῳ δὲ τῆς γεν-
νήσεως Ἰσαὰκ, ἀπὸ δὲ κτίσεως κόσμου ,γκβ', βασιλεύει Σικυωνίων

λεύει Σικυωνίων πρῶτος Αἰγιαλεὺς· διήρκησε δὲ ἡ βασιλεία Σικυωνίων μέχρι ἐνάτου ἔτους Σαμουήλ τοῦ προφήτου.

κγ' Ἰακώβ γενόμενος ἐτῶν πς' ἐγέννησε τὸν Λευὶ καὶ ἐπέζησεν ἔτη ρζ'. ἐγένοντο δὲ πᾶσαι αἱ ἡμέραι Ἰακώβ ἔτη ργγ'. Ἐκατοστὸν δὲ <καὶ> τριακοστὸν ἔτος ἄγων Ἰακώβ κατέβη εἰς Αἴγυπτον σὺν τοῖς υἱοῖς. οἱ δὲ αὐτοῦ υἱοὶ καὶ ἔκγονοι διήρκεσαν ἐν Αἰγύπτῳ ἔτη σιέ', ὥστε συνάγεσθαι τὰ υλ' ἔτη ἀπὸ οε' ἔτους Ἀβραάμ, ὅτε καὶ τὴν ἐπαγγελίαν ἐδέξατο· „ὅτι πάροικον ἔσται τὸ σπέρμα σου ἐν γῆ οὐκ ἰδία“ [ἔτη υλ' μέχρι τῆς ἀπὸ Αἰγύπτου ἐξ-

6 *in m.* ἐν τῷ ρ<λ'> ἔτει Ἰακώ<β> κατέβη εἰς Αἴγυπτον (*m.*). — 12 *verba* ἔτη υλ' κτλ., *in margine quondam adscripta postea in textum recepit librarius.*

πρῶτος Αἰγιαλεὺς καὶ διήρκησεν ἡ τούτου βασιλεία μέχρι ἐνάτου ἔτους τοῦ προφήτου Σαμουήλ, *eadem ad verbum syn. chr. p. 7, 7. Barb. Sch. p. 192, Fr. 222: temporibus vero Abrahae quando genuit Isaac . . . Sicyoniorum . . . regnavit Egialeus. ecl. hist. p. 174, 6* κατὰ δὲ τὸ πρῶτον ἔτος Ἰσαὰκ ἀνδρίκνυται ἡ τῶν Σικυωνίων βασιλεία, ὧν πρῶτος βασιλεύει Αἰγιαλεὺς . . . πύεται . . . κρατήσασα . . . ἐνιαυτοὺς ρξα' . . . λήξαντας δὲ ἰα' ἔτει Ἡ εἰ τοῦ ἱερέως (*cf. Gelzer, S. I. Afr. II 353*). — 4 *Nic. πζ'; chron. ep. p. 12, 11 et synopsis. chr. p. 7, 17 πέ'; Sync. p. 198, 17 πβ' (impugnata Africanum et Eusebium, qui scripserant ἔτη πζ')*. — 6 *difficultates, quae vexaverunt Eusebium in chron. lib. I p. 95 et Sync. p. 222, 15sq., non curat auctor. anno 130. Iacobum in Aegyptum migrasse legimus etiam apud Sync. p. 198, 19; 206, 14 et in Ecl. hist. p. 174, 32; anni 215 filiorum Iacobi in Aegypto inveniuntur apud Sync. p. 220, 18 sq.; annos 430 numeratos ab anno 75. Abraami et apud Eus. l. c. et in Ecl. hist. p. 176, 29; annos 505 ab anno primo Abraami numeratos apud Eus. l. c. et in Ecl. hist. l. c. deprehendimus, cf. chron. ep. p. 11, 15 οὗτος Ἀβ. ἐν τῷ οε' τῆς ζωῆς αὐτοῦ ἔτει ἀξιούται θείου χρησμοῦ καὶ ἐπαγγελίας κατασχέσεως τῆς γῆς, ἀφ' οὗ καιροῦ μέχρι καὶ ἐπὶ τὴν ἀπὸ Αἰγύπτου διὰ τοῦ Μωϋσέως ἐξέλα ἰν . . . γεγονόσιν ἔτη υλ', καθὼς καὶ αὐτὸς ὁ Μωϋσῆς λέγει ἐν τῇ ἐξόδῳ ῥητῶς καὶ ἀπ' αὐτῶν δὲ τῶν καθεξῆς χρόνων σαφῶς δηλω ἦσεται.* — 11 *gen. 15, 13, cf. exod. 12, 40; eadem brevius in syn. chron. p. 6, 21.*

όδου]. ἀπὸ δὲ τοῦ πρώτου ἔτους Ἀβραὰμ εἰσὶν ἔτη
φε'. ἀπὸ δὲ τρικαιδεκάτου ἔτους Ἰακώβ ἄρχει
<ή>δυναστεία Αἰγυπτίων, ἔληξε δὲ ιβ' ἔτει Ὠχοῦ τοῦ
Περσῶν βασιλέως.

κδ' Λευὶ γενόμενος ἐτῶν μς' ἐγέννησε τὸν Καὰθ καὶ ἐπέ- 5
(4^v)ζησεν ἔτη πη'. ἐγένοντο δὲ πᾶσαι αἱ ἡμέραι
Λευὶ ἔτη ρλδ'.

κε' Καὰθ γενόμενος ἐτῶν ζγ' ἐγέννησε τὸν Ἀμοραμ καὶ
ἐπέζησεν ἔτη ογ'. ἐγένοντο δὲ πᾶσαι αἱ ἡμέραι
Καὰθ ἔτη ρλς'. ἀπὸ λη' ἔτους Καὰθ πρῶτος Ἀρ- 10

1 *in m.* ἀρχὴ Αἰγυπτίων (m). — 8 *in m.* περὶ Ἰνάχου (m).

1 *repetuntur infra p. 37, 8; chron. ep. p. 12, 7* τῷ δὲ
τρικαιδεκάτῳ ἔτει τούτου τοῦ Ἰακώβ ἡγουν ἑβδομηκοστῷ τρίτῳ
τοῦ Ἰσαὰκ ἄρχεται ἡ δυναστεία τῶν Αἰγυπτίων καὶ λήγει αὐθις
τῷ ιβ' ἔτει Ὠχοῦ τοῦ Περσῶν βασιλέως διαρκέσασα ἔτη αχξγ';
iisdem verbis in syn. chr. p. 7, 13 (cf. Gelzer S. I. Afr. II 354).
— 5 *Nic. et chron. epit. μέ', Synce. p. 199, 18 μζ'; summa an-*
norum Iacobi et Levi apud Nic. (87 + 45) eadem est, quae apud
A. M. (86 + 46). — 8 *Nic. ξ'; tres annos A. M. adiecit, p. 11, 8*
vero Amram dedit annos tantum ο', ubi apud Nic. sunt anni
ογ'; chron. ep. p. 12, 20 ξ' et οε', syn. chr. p. 8, 3 ξ' et οβ'. — 10 *re-*
petuntur infra p. 15, 11, ubi in cod. per errorem scribitur ἀπὸ ιη'
ἔτους. chron. ep. p. 12, 12 τῷ δὲ λη' ἔτει τούτου τοῦ Καὰθ πρῶτος
Ἀργείων βασιλεύει Ἰναχ c καὶ διαμένει ἡ τούτων βασιλεία ἕως
ἔτους ιε' τῆς τῶν Ἀμμανιτῶν κατὰ τοῦ Ἰσραὴλ ἐπικρατείας τοὺς
πάντας χρόνους φμε'. παυσαμένου δὲ τοῦ τῶν Ἀργείων κράτους
μετατίθεται ἡ βασιλεία ἐν Μυκῆναις καὶ διαρκεῖ καὶ αὕτη ἐπὶ
ἕτερα ἔτη σί' μέχρι δηλονότι τῆς τῶν Ἡρακλειδῶν καθόδου, ἔτους
ι' τῆς βασιλείας Σαοῦλ καὶ οὐκέτι ἐβασίλευσεν οὔτε τὸ Ἄργος
οὔτε αἱ Μυκῆναι. eadem iisdem verbis synopsis. chron. p. 7, 26 sq.
in ecl. hist. p. 175, 17 extant haec: κατὰ δὲ τὸ μῆ' ἔτος Ἰωσήφ
ἀναδέδεικται ἡ τῶν Ἀργείων βασιλεία, ἔτους διαγενομένου ςχν' (corr.
γχν') . . . καὶ τούτων τῶν βασιλέων ἅπας ὁ χρόνος ἀθροίζεται
εἰς ε' καὶ μ' καὶ φ' ἔτη καὶ μετετέθη ἐν Μυκῆναις ἐπὶ ἕτερα ἔτη
σί'. *finis Argivorum est in ecl. hist. p. 191, 10 annus 17. Tholae*
iudicis, anno mundi 4194 (4195 — 3650 = 545; cf. Gelzer S. I.
Afr. II 306, 354). sed secundum A. M. Argivorum sunt anni 558
et Mycenaeorum a. 184; habet igitur omnia his similia ex auctore,
qui diversum systema chronologicum sequitur, quo quasi funda-
mento nisus est unus omnium auctor Eclogae historiarum.

γείων βασιλεύει Ἰναχος, λήγει δὲ τῷ ιε' ἔτει τοῦ Ἀμμανιτῶν ἔθνους, ἐν οἷς χρόνοις ὑπέτασσαν τὸν Ἰσραήλ, διαρκέσασα ἢ αὐτὴ Ἀργείων βασιλεία ἔτη φμέ', καὶ μετατίθεται ἐν Μυκήναις ἐπὶ ἄλλα ἔτη σί' μέχρι τῆς Ἡρακλέους καθόδου, καταλήγει δὲ δεκάτῳ ἔτει Σαοῦλ καὶ οὐκέτι ἐβασίλευεν Ἀργος οὔτε Μυκήναι.

κς' Ἀμραμ γενόμενος ἐτῶν ο' ἐγέννησε τὸν Μωϋσῆν καὶ ἐπέζησεν ἔτη ξς'. ἐγένοντο δὲ πᾶσαι αἱ ἡμέραι Ἀμραμ ἔτη ρλς'.

κζ' Μωϋσῆς γενόμενος ἐτῶν π' ἐξάγει τὸν λαὸν ἐξ Αἰγύπτου. συνάγονται ὁμοῦ τὰ πάντα ἀπὸ τοῦ πρώτου ἔτους Ἀβραὰμ ἐπὶ τὴν ἐξ Αἰγύπτου πορείαν ἔτη φέ', ἀπὸ δὲ τοῦ κατακλυσμοῦ ἔτη * * *

Μωϋσῆς ἐπὶ τῆς ἐρήμου ἔτη μ'. ἐγένοντο δὲ πᾶσαι αἱ ἡμέραι Μωϋσῆ ἔτη ρκ'. τῷ δὲ δευτέρῳ (5^r)

4 ἐπὶ ἄλλου *cod.* — 14 *vacat spatium summae.* — 15 *in m.* <με>τὰ ταῦτα <ἡ>γείται τοῦ λαοῦ (m); *apposuit e Nic. p. 86, 1, cf. supra p. 2, 10.*

12 *Nic. p. 85, 15 γίνονται et πρώτου, sed Lond. cum A. M. habet συνάγονται et τοῦ πρώτου. repetuntur, quae iam dixerat supra p. 10, 1.* — 13 *Nic. ἕως ἐπὶ τὴν; deest ἕως in cod. Lond.* — 14 *vacat spatium summae in codd. editionis genuinae Nic. p. 85, 19; cod. Lond. explet: ἔτη <φέ' ἀπὸ δὲ τοῦ κατακλυσμοῦ> ἀφοζ' (corr. ἀφπζ'), ἀπὸ δὲ Ἀδὰμ ἔτη ἀχρθ' (corr. γχπθ') κατὰ τοὺς ἑβδομήκοντα; in ecl. hist. p. 176, 29 sunt: ἀπὸ δὲ Ἀδὰμ γωκζ'; in Nic. editione altera: ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ ἔτη ἀφπζ', ἀπὸ δὲ Ἀδὰμ κατὰ τοὺς ο' ἔτη γχπθ' (ἀχπθ' I R A), κατὰ δὲ ἄλλους γωκθ' (γωκβ' O). — 16 *chron. ep. p. 13, 8 ὁ δὲ λεγόμενος ἐπὶ Ὠγύγου κατακλυσμός ἐγένετο τῷ ιβ' (corr. β') ἔτει Μωϋσέως. ὁ δὲ Ὠγυγος οὗτος πρώτος οἰκῆσαι μνημονεύεται τὴν τῶν Ἀθηναίων χώραν καὶ ἄστὺ κτίσαι. ἀπὸ γοῦν τοῦ κατὰ τὸν Ὠγυγον κατακλυσμοῦ ἕως ἐπὶ Κέκροπα τὸν διφυῆ τὸν ὑστερον Ἀθηναίων βασιλεύσαντα ἔτη σ', ἅτινα πάντα ἀβασίλευτος ἦν ἡ Ἀττικὴ. eadem iisdem verbis in synopsis. chr. p. 8, 20, ubi in codice extat τῷ δεκάτῳ ἔτει τοῦ Μωϋσέως. in ecl. hist. p. 176, 14 anno nativitatis Moysis γίνεται καὶ ἐν τῇ Ἀττικῇ ὁ ἐπὶ Ὠγύγου κατακλυσμός κτλ. — ἀβασίλευτα ἔμεινεν ἡ Ἀττικὴ; ab Ogyge ad Cecropem A. M. computat annos 171.**

ἔτει Μωϋσέως ὁ ἐπὶ ᾽Ωγύγου κατακλυσμός ἐγένετο. οὗτος δὲ ὁ ᾽Ωγύγης πρῶτος παρ' Ἀθηναίοις μνημονεύεται οἰκῆσαι τὴν χώραν, ὅς καὶ τὸ ἄστυ κτίσαι λέγεται. ἀπὸ οὖν τοῦ κατακλυσμοῦ ᾽Ωγύγου ἐπὶ Κέκροπα τὸν διφυῆ ἔτη σ', ἅτινα ἀβασίλευτος ἔμεινεν ἢ Ἀττική. Φωρωνεὺς δὲ Ἀργείων ἐβασίλευσεν, καθ' ὃν ὁ ἐπὶ ᾽Ωγύγου κατακλυσμός ἐπὶ Ἑλλήνων ἱστόρηται.

